



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Linda Mariana, Sive De B. Virgine Lindensi**

**Clagius, Thomas**

**Coloniae Vbiorvm, 1659**

VIII. Quarto à Regia conatu admoto, Caupona sacello Lindensi adjacens  
comparata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11544**

Tertio à Regia conatu adjacens facello fundus acquiritur. 275  
ille, apud hominem sibi subjectum, propè supplex  
accidit, dum nihil nisi illius in te benevolentiam de-  
predicat, & benevolentiam iterum atque iterum  
postulat. Tanta nimis in Deiparam, & lacram  
Deiparæ Lindam, ferebatur magnus ille Rex pietate  
ac religione, ut animo verè Regio, Deiparæ, & su-  
premo in Deiparam Numini, Regiam substerneret  
Majestatem. Et potuisset illam tanto Regi negare  
benevolentiam Grobenius, quâ nullam unquam  
præstantiorem locupletiorem vè gazam vel ipse in-  
tradomum suam, vel quisquam alias repetire potui-  
set? Honorificentissimum protectò fuit, atque futu-  
ris erit temporibus, benevolentiam à tanto Rege,  
intra Grobeniorum Domum tuisse propè emendi-  
caram; sed non minus Sigismundo maximo Regi,  
atque Regi ipsius Domui gloriosum est, atque in  
perpetuum semper erit, Deiparæ causâ qua-  
dantenus Mendicabulum induisse. Tametsi enim  
Sadorscius fundum illum, magno fatis precio, utri  
opportuit, redemerit; nunquam tamen fundus ille,  
aut ipsa quoque Ædiculæ Lindensis Area, Sador-  
scio vel cuiquam obvenislet Catholicorum, nisi Rex  
Sigismundus Majestatem Regiam, Grobenii bene-  
volentiae submisisset.

## C A P U T VIII.

Quarto à Regia conatu admoto, Caupona facello Lindensi  
adjacens, comparata.

Qui Ottonem à Groben fundo suo Lindensi  
S a dece-

decedentem paulò contempletur attentiùs, videbū  
 illum, non tam hereditatio fundo, quām quasi pro  
 pugnaculo quodam, aut præsidiariā arce castrovē, &  
 quidem nonnisi vi expugnatum, sensim per alias at  
 que alias receptus decedentem. Neque enim ille, si  
 in contractibus fieri amat, sponte cessionem feci  
 sed (ut in obilessis expugnatisque præsidiis arcibus  
 solet) ex uno quasi propugnaculo in aliud se recipie  
 do, secessit. Principiò igitur gravissimā Sigismundū  
 Regis, Reginæ, & Uladislai Principis authorita  
 permotus, Areā sacelli decessit; recepitque te in fu  
 dum sacello adjacentem: inde cūm faciliendum a  
 inceps esset, receptum invenit geminum; alteru  
 quidem in caupona, in piscaria cāla alterum. Ethan  
 quidem, quia Ædi lacræ divinisque rebus nihil offi  
 cit, sibi habet etiamnum (nisi quod cāla, quæ olim ad  
 ipsum lacum Denaum, quā rivulus se exonerat, fin  
 fuerat, nunc verò in collem sacello Occidentem ve  
 sūs oppositum translata, retentis à Grobenio aliquo  
 agelli jugeribus insideat) illam verò, ut Sadoficio  
 quemadmodum cætera jam tradiderat, ex æquo  
 justo traderet, Rudnicius Antistes apud Regem, &  
 verò apud Grobenium perfecit. Et verò, non Sadof  
 scio duntaxat, verū & hominibus cæteris, undique  
 religionis causā ad locum sacrum tanto numero con  
 fluentibus, per incommode fore videbatur, si cau  
 ponā (quæ non tam meritoria potatorum tabernac  
 liorum peregrinorum, viatorumque sacrorum dive  
 nitorum futura erat) ad diversum à sacelli fundi  
 hero spectaret; cūm netmo inficias iherit, satius elle  
 unus atque idem pro Aris juxta ac focis caret. Sed  
 ad m

Quarto à Regia conaru diversoriū facello adjacens obtinetur. 277  
admagnæ DEI Marris ( hæc enim magis , quam vel  
Sadorcius, vel Rudnicius, vel ipse etiam Sigismundus Rex, Regiive proceres aut Principes, terribilis ut  
castrorum acies ordinata, & hæresin, & omnia hære-  
sia fomenta, amoliti ab illa sua Lindensi Regia vi-  
deri voluisse potest ) triumphum atque decora perti-  
nebat, ne quid , quod vel ad injuriam sacrorum , vel  
ad contumeliam quoquomodo facere posset, se &c in  
vicino possiderent. Quocirca illa , quæ & Regem,  
cum tota Regia, ut credi par est, & Rudnicum Epi-  
scopum cum Sadorcio, cæterisque piis, ad vindican-  
dam loci Regiæque illius suæ possessionem tacite sti-  
mularat, videtur eosdem pariter ad vindicandum di-  
verlorum illud, & in peregrinorum suorum usus oc-  
cupandum atrandum que stimulasse. Postquam igi-  
tur Sadorcius Rudnicum , & hic Regem, ea super  
re, quantum par erat, edocuit ; Rex Grobenium in  
Ducatus Ducisque sui causâ, apud se, pro more, ver-  
san tem, coram ea de re appellavit : neque ille, quin  
Regi ad promitteret, committere potuit. Ne tamen  
iterum suo more, moras aliquas internecteret, simul  
atque domum ab Regia fuerat digressus, per Episto-  
lam Idibus Februar. Anni MD C XIX. datam, est ite-  
rum à Rege , uti exadjuncta eadem Epistola patet,  
appellatus.

Generoso Ottoni à Groben, &c.

Sigismundus III. DEI gratiâ Rex, &c.

**G**enerose, fideliter Nobis dilecte ; Existimamus adhuc  
recenti hære memoriam Fidelitati tuae promissum il-  
lud, quod Nobis ratione Taberno, generoso Stephano Sa-  
dor-

S 3

dor-

dorsky Secretario nostro, in possessionem & usum tradend  
præstitit; neque dubitamus idem effectu ipso comprobau-  
ram. Cum tamen ex reverendo in Christo Patre, Domino  
Episcopo Varmiensi intellexerimus, multum & ad oppor-  
tunitatem illius loci, & ad devotionem commodius ex-  
cendam conducere; si quā primum Ecclesie illi adjung-  
retur; atque ex ea ratione Ecclesie illius securitati ini-  
mitatique, sublatis omnibus impedimentis prospiceret  
dandas hasce iterum ad Fidelitatem tuam duximus;  
lit hac in parte memorato Secretario nostro gratificari,  
quē ipsā declarare, spem nostram de promissō à Fidelitate  
tua præstanto, non inanem fuisse. Non deerunt quoque  
casiones, quibus Nos studii hujus Fidelitatis tuae grato-  
se, exhibebimus. Quam de cetero bene valere cupimus. Da-  
tum Varsaviæ die XIII. mensis Februario Anno Domini  
MDCXIX, Regnorum nostrorum Poloniae XXXII. SMC  
verò XXV. Anno.

### SIGISMUNDUS REX.

Nequaquam potuit amplius sive promisso suo  
ve potius Regiæ voluntati authoritatique Grob-  
nius aduersari, quin etiam Taberna illa cederet;  
tuit tamen Sadorscium, ut aliam sibi, Lindensiu-  
m, alibi procuraret, adigere. Et adegit sanè, vix enim  
cum aetatis aliquot mensibus, exhibuit illi Sadorscium  
Cauponam aliam, trans Heilsbergam unius citoce  
horæ intervallo in Raunau sitam; non sine aliquo  
quaç Sadorscium premerent, jam antea adjectis lup-  
riore anno conditionibus. Super quibus, tabula  
ter eos III. Non. Decemb. Anni MDCXVIII. con-  
ptæ ac signatae in Tabulario Lindensi hujuscem  
extant.

Quarto à Regia conatu diversoriū facello adjacens obtinetur. 270

Hodie conventum est, ut contractus permutationis pro Capella Lindensi, & Taberna cerevisaria, antea inter nos initus, nunc etiam secundum vigorem literæ, in omnibus punctis firmus esse & manere debeat. Cuius causâ ego Stephanus Sadorsky S. R. M. Secretarius, magnifico Domino Ottoni à Groben, Capitaneo Schackensi, Tabernam in Raunzu, illustrissimi Episcopi consensu à me emptam, simul cum horto hodie tradidi; efficiamq; ut Tabernator debitos, census & operas, illustrissimo Domino Episcopo ex istis mansis præstet; ne, quidquam mensa episcopali, decedat. Et si posthac prædictus Dominus Capitanus Tabernam potius vendere, quam iure suo utivoluerit, tum ego idoneum emptorem in ipso procurabo. Quid si etiam præsens inhabitator Taberna, pro cerevisia ei non satifecerit, & sic in eos suum incurserit, tum promitto, me eius nomine, quidquid abhinc intra octo septimanas, pro debito ei ratione cerevisia restiterit, solutionem facturum. Pro cuius rei fide hanc obligationem, manibus & sigillis nostris communivimus. Sislaky III. Decemb. Anno MDCKVII.

(L.S.)

Otto à Groben,  
Capitaneus Schackensis  
mp.

(E.S.)

Stephanus Sadorsky,  
S. R. M. Secretarius  
mp.

S. 4

CAPUT